

**Decanus, Senior, Doctores, Et Professores Ordinis Theologici, SS. Litterarvm
Cvltoribvs S. D. P. : PP. d. XIII. Sept. Svb Sigillo Facvlt. Theol. A. C. MDCCL.**

[S.l.], 1750

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791229319>

Druck Freier  Zugang



Leges etc
Academiae Rostochiensis

Universitäts-Archiv
Rostock, Sign. ~~RIA 4~~

RIA 4

N. l. — 47.^{1-69.}

48

DECANVS, SENIOR, DOCTORES, ET PROFESSORES ORDINIS THEOLOGICI

SS. LITTERARVM CVLTORIBVS

S. D. P.

Clementissimum SERENISSIMI DVCIS REGNANTIS
mandatum, quo diuiniore sapientiae alumnis vitae academicae ra-
tio praescribitur, et SS. Theologiae Professoribus, omnibus et singu-
lis, testimoniorum religio imperatur, nemini obscurum esse potest.
Eiusdem tamen siue incurii, siue immemores esse videntur, quot-
quot ex sua lubidine studia instituunt, et persequuntur, de testimoniis securi.
Ne inani vero se laetent spe, in memoriam ipsis reuocandum censemus, frustra
ab ordine nostro, HERI sui indulgentissimi lege gratiosissima constricto, studio-
rum Theologorum sibi polliceri testimonia,


- 1) qui biennium in academia patria non absoluunt integrum, aliasque vel diutur-
niores agunt ferias, quam rogatio nuper promulgata fert.
- 2) qui collegia sedulitate continua et aduenta haud frequentant, sed alternis vicibus
adsunt et absunt, aut tempus confabulatione vel somniculose fallunt.
- 3) qui solidam non consecretantur eruditionem, et quasdam tantum attingunt, non omnes
hauriunt disciplinas sacras; in theticis, thetico-polemicis, exegeticis, morali-
bus et symbolicis praelectionibus subsistentes: nec ad critico-isagogicas,
et biblicas V. et N. Tti, historico-ecclesiasticas, polemicas specialiores, exa-
minatorias, disputationes priuatas et publicas progrediuntur.
- 4) qui Facultatis Theologicae Professores, eorumque recitationes prorsus siue negligunt,
siue deserunt. Suo fruuntur iure, praeter eos sacras litteras docentes; suo
etiam arbitrio discentes. Nos autem, quorum est veritates reuelatas pu-
blice tueri et profiteri, testimonia doctrinae iis perhibere non possumus,
qui nostro se subduxerunt conspectui.
- 5) qui Professores quidem adeunt, non autem omnes. Ducem sibi praecipuum se-
ligat quisque, quem vult; sed neminem Theol. Professorum omnino praeter-
tereat, quin vnum alterumque illius collegium sollerter audiat. Sicut enim
ad testimonium dicendum omnium opus est consensu; sic vel vnus dissen-
sus obstaculum ponere potest.
- 6) qui vitam transigunt studio sacro parum dignam: multo minus, qui publicam
flagitiorum incurrunt vindictam, nisi ad fruges redierint, moresque emen-
datos cunctis nostri ordinis membris probauerint.
- 7) qui testimonia non statim sub discessum, aut proximo semestri petunt. Mortales
enim sumus, nec beatorum manes in testimonium reuocare superstites
queunt. Quis insuper singulorum exactam, certamque recordationem
per plures annos menti infixam retinuerit?


Adsit omnibus ALTISSIMVS suo SPIRITV, quo partibus suis, vt de-
cet, defungantur, rectaeque conscientiae non solum interno, 2 Corin. I, 12.
sed etiam externo, 1 Tim. II, 7. potiantur
testimonio.

PP. d. XIII. SEPT. SVB SIGILLO FACVLT. THEOL.

A. C. C19 13 CCL.








IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerforiis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commensalis communis insuper unius mensis carentia, luent. Quod si post hanc correctionem incorrigibiles se prodant, consilio abeundi, necessitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obnoxio cogunt, vel per ambages ad conuiuia veteranis parandum, quo aduentur, sed prauis quoque sodalitatibus, qui sumtu nouitii epulati sunt, buntur, iis, qui mensa communi ab isto beneficio excludendis, inebriationes & tande oriundacacius impediuntur, abhinc pl

VI. Poenae legum tracta a Rectore & Concilio nec mino remittendae, sed ad tenore executioni mandandae erunt.

VII. Nocturnos strepibus incolarum vel personae & clamores inconditos vel hibuerunt: ita earum violat securitatis nocturnae & transcustodiae militari tradentur. Rector Academiae vel de e



acade-